

modo doceri potest: integritas vero nec muneribus corruptitur, nec acceptione personæ.

Verbum sanum, irreprehensibile. Nullius adulationis acceptione languens.

Ut is qui ex adverso est vereatur: nihil habens malum dicere de vobis. Qui tibi potest contadidicere, si quid in te tale notaverit.

Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes. Quæ imperant iusta.

Non contradicentes. Ne murmurationem facientes, & mercede privemini, & homines exitatis ingrati.

Non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes. Sive in his quæ illis conceduntur, sive ut in opere ostendant bonum esse quod credunt.

Ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus. Dum eorum operibus laudantur.

Apparuit enim gratia Dei, & Salvatoris nostri omnibus hominibus. Nullam conditionem excipit.

Erudians nos: ut abnegantes impietatem, & secularia desideria. Seculare est omne desiderium carnale, & omnis habitatio temporalis.

Sobriè. Perfecit, Domino dicente: Attendite ne graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vite.

Et iustè & piè vivamus in hoc seculo. Iustitia non temperatur, nisi pietas adjungatur.

Expectantes beatam spem. Qui ejus mandata servaverint.

Et adventum gloriae magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Spiritum dicit magnum Deum, quia ipsius expectamus adventum.

Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Quia se dedit, caveamus ne beneficium ejus inane & irritum faciamus.

Hæc loquere & exhortare. Omnis sermo tuus in hac exhortatione consistat.

Et argue cum omni imperio. Acriter argue eos qui ita non vivunt.

Nemo te contemnat. Talem te exhibe, ne contemni possis. Vita enim auctoritatem tribuit verbo.

Caput III.

ADMONE illos, principibus & potestatibus subditos esse: dicto obedire: ad omne opus bonum paratos esse. Non ad aliquod malum.

Neminem blasphemare. Ne illos quidem qui merentur. *Non litigiosos esse, sed modestos.* Ne vicem reddendo provocent litem.

Explicit Commentarius in Epistolam ad Titum.

COMMENTARIUM IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM

Caput unicum.

PAULUS vinculus Christi Jesu, & Timotheus frater.

In carcere vel in catenis. *Philemoni dilecto adjutori nostro: & Apphia sorori charissima.* In Evangelio adjutrici. Apphia vero soror vel conjux creditur.

Et Archippo commilitoni nostro. Hic diaconus erat, de quo ad Colossenses ait: Dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti ut illud impleas.

Et Ecclesie, quæ in domo tua est: Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. Cum omni gratiarum actione, & cum gaudio exorat.

Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in ora-

tionibus meis, audiens charitatem tuam & fidem. Quæ nobis in bonis operibus innotescit.

Quam habes in Domino Jesu, & in omnibus sanctis. Qui diligit caput, necesse est eum omnia diligere membra.

Ut communicatio fidei tue evidens fiat in agnitione operis boni in Christo Jesu. Omnes sanctos diligis, intantum ut omnes boni nostri rum in Christo evidenter te fidelem esse cognoscant.

Gaudium enim magnum habui, & consolationem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te frater. Quos hospitio recipiens refecisti.

Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu, imperandi tibi. Cum nobis causa ipsius dederit fiduciam imperandi, tamen charitate faciendi obsecrare maluimus quam jubere.

Quod

Quod ad rem pertinet. Quod ad rem pertinet rei Christianæ.

Propter charitatem magis obscuro cum sis talis ut Paulus senex: nunc autem & vinculus Jesu Christi. Moribus talis, qualis ille, qui in senectute etiam pro Christo vincula non recusat.

Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autem, & mihi & tibi utilis, quem remisisti tibi. Quando erat gentilis vel carnalis.

Tu autem illum ut mea viscera suscipe. Velut filium nostrum charissimum.

Quem ego volueram tecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii. Ex hoc cognosce qualis sit, qui mihi ita placuit ut tua vice ministraret.

Sine consilio autem tuo nihil volui facere. Ita loquitur ut eum ad ipsum remittat, sive ut magis ejus utilitas commendetur.

Ut ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Notandum quod neminem voluerit necessitate boni aliquid facere, ne mercedem amitteret.

Explicit Commentarius in Epistolam ad Philemonem.

ERASMI ARTIS ANNOTATIO IN EPISTOLAM AD HELIODORUM.

CÆTERUM quando divus Hieronymus in proxima Epistola fatetur in hac re rhetorum stultitiam, fortasse non alienum fuerit artis quoque rationem, quam sequutus est, indicare: sed paucis, neque nimis anxie, ne duo pariter incommoda nos sequantur: ut & molesti sumus lectori, & salubribus huius viri præceptis pondus ac fidem detrahamus. Minus enim movere solent animos, quæ non ex animo, sed ex arte scripta putantur. Atque ut primum de argumenti genere non nihil attingamus, exhortatorium est, sicut antè dictum. Id adeo confine est suasio, ut Aristoteles non putarit ab eo separandum. Tamen meo iudicio non parum interest. Suademus enim, ut quis velit: hortamur, ut audeat & possit. Suademus hæsitanti, hortamur cessantem. Suademus, cum offendimus quid expediat fieri: hortamur, cum addimus animum. Cum enim imperator commissurus cum hoste, militem exhortatur: non hoc agit, ut miles intelligat esse pugandum, sed addit calcar, ut quod vult, audeat & possit. Quamquam partes ferè conveniunt utriusque generis, nempe, honestum, laudabile, tutum: possibile, necessarium, facile, jucundum, & si quæ sunt alia. Ab his enim omnis argumentatio petitur. Habet hoc peculiare exhortatio, quod ardentior est, & multum laudis habet admixtum, qua tamen hic non utitur Hieronymus. Duabus enim rebus homines potissimum extimulantur, laudis amore, & ignominie metu. Sunt autem huiusmodi libelli nihil aliud quam Christianæ declamationes. Etenim cum viderent eloquentiam rem esse pulcherrimam, simul & utilissimam, neque decorum existimarent, inter prophanos rhetores, in nugacissimis argumentis exerceri: videlicet an Isthmum debeat interdicti: an Alexander Oceanum ingressus longius progredi debeat: totam declamandi rationem, sicuti Socrates Philosophiam, ad morum institutionem traxerunt: quoque res magis esset seria, mutato declamationis nomine, libellos, aut Epistolas vocaverunt: ut eadem opera geminam utilitatem consequerentur, dum & eloquentiam exerceret, quæ citissime arefcit, ut ait M. Tullius, & salubribus monitis ad pietatem exhortantur.

Quanto studio. Quoniam in hoc genere non adhibetur exordium, cuiusmodi solet in genere judiciali: nec opus est narratione, sicuti testatur & Quintilianus: & tamen oportet uniuscujusque rei aliquid esse initium, Hieronymus ferè semper propositionem, qua summam rei complectitur, cum

Tom. V.

Forstam enim idgo discessit ad horam à te, ut in æternum illum reciperes. Fortè hoc Dei providentia procuravit.

Jam non ut servum, sed pro servo charissimum fratrem. Jam enim non quasi ex necessitate servus, sed quasi frater voluntarius.

Maximè mihi: quanto autem magis tibi, & in carne & in Domino. Cui & carnaliter, & secundum fidem debet obsequium.

Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam: ut non dicam tibi, quod & te ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruor in Domino: refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul autem & para mihi hospitium. Nam spero per orationes vestras denari me vobis. Hic ostenditur quia prima vice sit ex urbe dimissus.

Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu: Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adjutores mei. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen. Non alicujus criminis causa, sed fidei societate.

aliqua narrationis specie conjungit. Cum enim exponit quem admodum Heliodorus in æternum abeuntem se sit persequutus: utque ipse frustra illum rogaverit, ut secum maneret, narratio quedam est. Deinde cum ait, hoc se literis agere, ut relictis urbibus eremum petat, propositio est. Nec in his tamen frigit, verum ardet ubique divus Hieronymus, vir acris, ut apparet, ingenii, & in utramque partem vehementis. Laudat enim ardentem quos amat: inlectatur acriter quibus infensus est. Mirum est autem quibus numeris omnem orationem componit, quibus periodis omnes absolvit sententias. Itaque membris, incisis, comparibus structa sunt omnia. Quanto studio & amore contenderim, usque ad eum locum, verum tu, gemina periodus est, sex absoluta membris. Rursus has duas, alia tertia cumulavit, quæ duobus membris, & quatuor constat incisis. Verum hæc quoniam perpetua sunt, non est sententia persequi.

Tacerem? Eleganter miscuit dubitationem cum subjectione. Est autem pariter & dilemma. Subiungit in singulis partibus singulæ sententiæ, sed ad personam accommodatæ, quas ita possit absolute dicere: Nemo quod ardentem vult, dissimulare potest. Et non audit, qui non amat: & amor amici absentis desiderio cruciatur.

Inviro, jam propra. Hæc est propositio, qua summam argumenti exponit.

Nolo pristinam necessitudinem. Hoc est caput & veluti limen argumentationis, id agens, quod in altera divisionis judicialis parte solet. Primum enim amolitur ea, quæ videbantur illum ab eremo posse detertere: Affectus amicorum & parentum: Difficultas peregrinationis longinquæ: Amor & commoditas divitiarum. Porro partes has enthymematibus complectitur.

Affatim dives. Et hanc partem clausit epiphonemate, sicuti ferè gaudet claudere omnes, non solum exordia, sed & transitiones & narrationes, & argumentationes, & si quid aliud est, quod periodum atque orbem aliquem habet. Facit autem hoc epiphonema gratius *καρρίως*, accessio, quæ est in vocibus inter le pugnantibus, pauper & dives.

Sed quid ago? Aptè per correctionem ingressus est primam argumentationis partem, nempe de affectibus amicorum. Admiscet & sententiam: Debet amor lætus irasci: quamquam quicquid usquam loquitur divus Hieronymus, ferè sententia est. Notat autem hoc Quintilianus in declamando,

A a a a

quod quidam statim in initio incandescunt, & ita conviciantur, quasi dissentiat cui conantur suadere.

Debet amor lesus irasci. Transitus quoque fecit sententiam, cujus rei meminit & Fabius. Adeo in declamando quibuldam placuit sententia, ut eam nusquam non admiscerent.

Quid facit in paterna domo. Ardentiorem faciunt orationem hæc schemata, interrogatio, repetitio: & commata. Grandiorem etiam ac jucundiorem metaphora, vel potius allegoria. Si quidem utitur metaphora ferè perpetua. Habet autem hoc ferè perpetuum Hieronymus, ut in initiis locum aliquem tractet, quam maximè plausibilem & amœnum: quò lectorem voluptate alliciat, & invitet ad cætera libentius legendam. Nullus enim non attentus est ad ea quæ delectant. Id aliquoties facit per egressum, quam Ecbasin Græci vocant. Eam multi propositioni statim subijciunt, ut testatur & Fabius. Verum hæc *ex anis* adeo quadrat cum ipsa re, ut pars sit argumentationis, sed pars amœnior. Sumitur autem hæc pars à recto: aut, si mavis, à necessario. Et rectum est enim & non potest non sequi ducem suum, qui semel in illius verba juravit.

Delicate miles. Quo occultior *divertitio*, hoc est festivior, nihil enim minus convenit militi, quam delicatum esse & mollicie solutum.

De cubiculo ad aciem. Multum addunt gratiæ contraria commode inter se relata, cubiculum, aciem, umbra, solem. Neque parum acrimoniæ, de, repetitum, ac membra asyndeta. Atque adeo in sequentibus insunt contraria, tunica, & lorica, linteum & galea, mollem & durus. Quamquam in his posterioribus, tacitum etiam est Enthymema. Nec illud omittendum, emphasim esse nonnullam in conjunctione, & ad eum modum posita: præterea in pronomine, tu, quod non addunt si, qui Latine sciunt, nisi aut discretionis, aut emphasim causa. Quin & mihi, pronomen hoc loco nihil significat, sed festivitatis causa additum est, vel potius stomachum habet. Postremo non est otiosum adverbium, ecce, quod rem velut absurdam oculis subijcit. Ac paulo superius, cum ait, obvia quæque metit, ex unius verbi metaphora, quantum & jucunditatis simul & amplitudinis addidit orationi?

Audi edictum. Perseverat etiamnum in metaphora militiæ. Nam imperatorum edicta vocantur. Christus, est dux hujus militiæ: Christianus, miles: Tyrocinium, baptisimus: Sacramentum militiæ, professio vite Christianæ: Donativum, gratia baptisimo collata: Hostis, mundus seu diabolus. Annotandum est illud, quam militaribus etiam verbis ubique utitur, cum ad militiam alludit.

Eccæ adversarius. Ostendit duas pugnandi causas: alteram ut defendat imperatorem Christum, quem adversarius conatur occidere: alteram, ne donativum veniat in manus hostium. Nam hoc quoque solet militum animos ad graviter pugnandum inflammare. Unde Vegetius monet, ut militum peculium servetur apud vexilla, quo sequantur alacrius.

Licet parvulus ex collo. Hæc omnia pertinent ad metaphoram militiæ. Solent enim hæc fieri, si quando miles ad bellum profecturus, suos relinquit. Licet enim Hieronymus postea scribat se de Nepotiano vaticinatum fuisse, non tamen hæc narrat serio, perinde quasi gesta, sed per *sermonem* depingit, quæ soleant in hujusmodi negotio fieri. Quis autem pictor melius poterat rem oculis exponere, quam hic: nepotem puerum de collo pendentem: Patrem in limine sparsum, ne nisi calcato eo exeat filius: matrem solutis capillis, laceratis vestibus, ostentantem ubera, & per nutritionis beneficium obstantem. Subiunt & jucundi affectus, quos Græci vocant *ἠδῆ*, Latini mores dicunt. Unde sermo aut carmen in quo hi rectè exprimuntur, moratum dicitur. Horatius: Morataque rectè fabula.

Ad vexillum crucis. Nisi crucis addidisset, allegoria erat. Nam vexilla dicuntur signa militaria. Est autem laudatissimum metaphoræ genus, quoties propria translatis admiscetur, ut indicat & Quintilianus.

Solum pietatis genus est. Subest tacitum argumentum sumptum à finitione: mutatur enim rei vocabulum, simulque epiphonema est non sine gratia *ἐπιφωνήματα*, quo partem hanc absolvit.

Veniet, veniet. Rursus conduplicatione & repetitione fer-

ventiorem fecit orationem. Ut superior pars ab honesto, sic hæc ab utili sumitur. Nam huic etiam laudabile subijcit Fabius & jucundum. Ostendit enim quæ gloria, quæ commoda victorem consequantur. Gloriosum enim, redire in patriam cum victoria: magnificentum, procedere in triumpho: egregium, sibi suisque jus civitatis Romanæ consequi. Nam hoc quoque præmii dabatur olim.

Feropolymam caelestem. Hic metaphoram explicuit, cum addit, caelestem.

Coronatus. Alludit ad coronas civicas, murales, obsidionales.

Incedas. Incedit proprie, qui in pompa procedit.

Neque vero nescio. Hactenus tractavit locum amœnum metaphoræ, de militia. Nunc serio rem aggreditur, de vincendis parentum & cognatorum affectibus. Et hic locus ceu sequentis argumentationis vestibulum, allusione & hypotyposi festivus est. Allusiones sunt, Hyrcanæ tygrides, & in te omnis, & inammæ lallare. Hypotyposis, cum rem totam non narrat, sed veluti depictam oculis subijcit. Nec tamen omnino recedit à metaphora militiæ. Si quidem ubi demonstravit sacramentum, ostendit præmium: docet quomodo sit pugnandum.

Nunc tibi blandis & cætera. Hic locus non solum Hypotyposin habet personarum, quæ rem oculis subijcit, verum etiam sermonem cuique suum mire cum decore affingit. Sorori, ob pudorem gestum attribuit, non sermonem. Vernas de mutando Domino sollicitos facit. Nutrix & nutricius senes, per mortem vicinam obtestantur. Mater anus, nutritionis olim exhibitæ commonefacit. Grammatici aliquid è poetâ obijciunt, quem illi aliquando prælegerant. Faciunt ad affectus *ἠδῆ* & epitheta. Movet soror, sed magis vidua: movet nutrix, sed validius anus: movet mater, sed magis jam decrepita.

Facile rumpit. Et hoc velut epiphonema subijcit. Nullam enim orationis partem non absolvit hujusmodi clausulis.

At contra. Confutatio est, & objectio à recto sumpta est.

Sed quicumque. Attingit qualitatem comparativam. Nam hæc quoque incidunt in suasorias. Obtemperandum parentibus, sed magis Christo. Movent maternæ lachrymæ, sed acrius urget vite periculum. Facit autem hoc more Tulliano, ut plerumque colligat per interrogationem, quo res sit ardentior: ne talis sit argumentatio, qualis est nostratum philosophorum, quibus nulla glacies potest esse frigidior. Animadvertendum, ut in comparatione partem alteram extenuarit, alteram exaggerarit. Extenuat cum ait, matris, non patris, & lachrimis. Quavis enim de re fient mulierculæ, præsertim matres. Rursum cum ait, cogitabo, significans nec cogitandi spatium esse. Exaggerat cum ait: Gladium tenet hostis, ut me perimat, atrocibus verbis exasperans periculum præfens, & rem velut ob oculos ponens. Subest autem Parabola, quæ ad probationem quoque facit, ne dum ad perspicuitatem ac jucunditatem, quam ita possis explicare: sicut miles in eo periculo negligit maternas lachrymas, ita Christianus non respicit affectus parentum, cum de vita agitur æterna.

Propter patrem. Hoc sumptum à minori, per comparationem: Si licet patrem insepultum relinquere, cum ad Christum est eundem: multo magis vivum licet relinquere. Est autem festiva oratio figuris iterati verbi, quam traductionem quidam vocant, Christi causa, & debeo, debeo. Est autem geminum enthymema, mira tortum acrimonia.

Domino passuro. Rationes confirmat exemplis, quæ nonnunquam & per comparationem tractantur. Verum id hoc loco commode fieri non poterat.

Aries iste. Ut meminit pugna. Et rursus argumentationem velut epiphonemate claudit, non sine gratia figuræ metaphoram cum propriis miscens.

Mater mea. Hoc argumentum sumpsit à finitione, admiscuitque finitioni auctoritatem.

Si credunt in Christum. Elegantissimo dilemmate est usus: Aut credunt, aut non credunt: si credunt, favebunt, non obstabunt: si non credunt, nihil illis debeo. Sed in prior dilemmatis parte subest argumentum à consequentibus: in secunda, à finitione.

Sed hoc quis in martyrio. Rursus obijcit quod confutet, neque sine schemate, cum adversarium loquentem facit, quem admodum & paulò superius: At contra scriptura præcipit.

A P P E N D I X C U R I O S I S S I M A

I N G R A T I A M

D I S C I P U L O R U M H I E R O N Y M I

A C S T U D I O S O R U M D I V I N Æ S C R I P T U R Æ

H O C E S T

M A N T I S S A E D I T I O N I S B E N E D I C T I N Æ

O P E R U M S^{TI} H I E R O N Y M I

S I V E

C O N G E R I E S T H E S E O N, P O S I T I O N U M, E T D I S P U T A T I O N U M

I N B I B L I A S A C R A,

Quas Edidit Dominus JOANNES MARTIANAY, dum fratres suos Monachos
& Compresbyteros docebat olim Scripturas sacras in Monasteriis
Congregationis sancti Mauri.